



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XIX De laude & vtilitate orationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

LIBER SECVNDVS.

Christus missurus apostolos, prius orare curauit?

De laude ⁊ utilitate orationis.

Caput XIX.

Quam autem laudabilis & utilis valdeq; necessaria sit oratio, S. Ioannes Constantino-
politanus antistes inter cætera dicit. Oratio ecclesiastica soluit vicula Petri. Oratio Pauli dilatauit prædicationis fiduciam. Oratio caminum ignis extinxit. Oratio cõclusit ora leonũ. Oratio seditionem cõpescuit. Oratio paradysum aperuit. Oratio cæli cardines reserauit. Oratio sterilem fecundauit. Oratio Cornelij cælos penetrauit. Oratio publicanum iustificauit. Oratio frequens diaboli iacula submouet. Oratio frequens & cõtinua diaboli tela exuperat. Oratio frequens flammam vitiorũ extinguit. Oratio grandis est animæ munitio. Per orationes purissimas omnia nobis vtilia tribuuntur à domino, & cuncta noxia proculdubio effugantur.

Ioan.

Ifido.

Basili.

De reuerentia ⁊ deuotione orationis.

Caput XX.

Qvando autem stamus ad orationem (vt sanctissimus martyr Cyprianus ait) inuigilare & incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis carnalis & secularis abscedat, nec quicquam tũc animus quàm id solum cogitet quod precatur. Ideo & sacerdos ante orationem præfatione præmissa, parat mentes fratrum, dicendo: Sursum corda, vt dum respondeat plebs: Habemus ad dñm,

Cyp.

d ij